



SUPREMUM
SIGNATURAE APOSTOLICAE
TRIBUNAL

PALAZZO DELLA CANCELLERIA
00120 CITTÀ DEL VATICANO

EMGEANGEN AM 17 NOV. 2009

26 octobris 2009


Prot. N. 4163/09 SAT

Excellentissime Domine,

hisce adiunctum litteris Tibi exemplar mitto authenticum decreti ab hoc
Supremo Tribunal editi.

Occasionem nactus, cuncta fausta Excellentiae Tuae adprecor

addictissimus


+ Francis DANEELS, o.praem.
Secretarius

Excellentissimo Domino
D.no PIOTR KRYK
Episcopo tit. Castromartiano
Exarcho Apostolico pro fidelibus Ucrainis ritus byzantini in Germania et Scandia


(cum inserto)

(Pro expensis mittatur Summa €80)



SUPREMUM
SIGNATURAE APOSTOLICAE
TRIBUNAL

PALAZZO DELLA CANCELLERIA
00120 CITTÀ DEL VATICANO



Prot. N. 4163/09 SAT

Instantia die 8 iulii 2009, Exc.mus Apostolicus Exarchus pro fidelibus Ucrainis ritus byzantini in Germania et Scandia ab hoc Supremo Tribunali petiit:

- 1) ut causae Apostolici Exarchatus pertractari ac definiri possent in prima instantia apud Tribunal Interdioecesanum Erfordiense;
- 2) ut Forum appellationis pro causis praefati Exarchatus Apostolici maneat Tribunal Metropolitanum Monacense et Frisingense.

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Re sedulo examini subiecta;

Attentis relatis;

Viso indulto die 5 februarii 1992 ab hoc Supremi Tribunali concessa, quo concessa est probatio designationis Tribunalis Metropolitanis Monacensis et Frisingensis qua fori appellationis ad causas pertractatas in prima instantia a Tribunali praefati Exarchatus quod attinet;

Praesumpto consensu Exc.mi Moderatoris Tribunalis Interdioecesani Erfordiensis;

Vi art. 124, n. 3 Const. Ap. *Pastor bonus* et art. 35, n. 3 *Legis propriae* H.S.T.,

decrevit:


Concedi donec aliter provideatur petitam prorogationem competentiae Tribunalis Interdioecesani Erfordiensis ad iudicandas, in primo iurisdictionis gradu, causas Apostolici Exarchatus pro fidelibus Ucrainis ritus byzantini in Germania et Scandia, *ea tamen mente ut Forum appellationis pro iisdem causis maneat Forum Metropolitanum Monacense et Frisingense, incolumi quidem facultate provocandi pro secunda instantia ad Tribunal Rotae Romanae, iuxta legis praescripta.*

Quod notificetur iis quorum interest ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 26 octobris 2009.

CONCORDAT CUM ORIGINALI
die 26 octobris 2009
P. Malecha
Paulus MALECHA
Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis
Moderator Cancellariae

+ Raimundus Leo Burke
+ Raimundus Leo BURKE
Praefectus

+ 
o. praem.

+ Franciscus DANEELS, o. praem.
Secretarius

